GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.
Seite 137r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sternit. sed pusillum uehementer inualescens. sine
crescente temptationis fine roborat. Supe
rabile namque est omne quod initio suggeritur.
sed inde sequitur quod iunci uix possit. Prius enim
quasi consulens blanda ad animum loquitur.
sed cum semel dentem delectationis
infixerit. uiolenta post consuetudine pe
ne insolubilem imponit. Unde et bene
stringere caudam dicitur. Dente enim uulne
rat. cauda ligat. quia prima suggestione
pungit. sed pecuniam mentem ne euadere ua
leat. inualescente fine temptationis astri
git. Quia enim peccatum tribus modis ad
mittitur. cum uidelicet serpentis suggestio
ne. dicitur carnis delectatione. sepe etsensi
one perficitur. uehemoth iste prius illicita
suggerens linguam exerit. post ad delecta
tionem prebens dentem figit. ad extremum
uero presensionem possidens caudam stringit. Hic
enim quod nonnulli peccata longo usu perpe
trata in semetipsis ipsi reprehendunt. atque
ex iudicio fugiunt. sed uitare opere nec deceer
tantes possunt. quia dum uehemoth istum ca
put non conterunt. plerumque cauda et
nolentes ligant. Quae contra eos cedri mo
re indurunt. quia a blanda uoluptate exor
dii usque ad uiolentam retentionis exercuit.
Dicitur quoque. Stringit caudam suam quasi cey
drum. ut tanto quisque debeat initia temp
tationis fugere. quanto finem eius intelligit
etiam solui non posse. Sciendum quoque est quod plerique
eis quos cepit tunc graiores culpas ingre
ditur. cum presentis uitae termino illos appinqua
re cognoscit. et quo se etsummaturum tem
pestationem elidere at. eo eis iniquitatum ponde
ra graiora coaceruat. Vehemoth quoque caudam
suam quasi cedrum stringit. quia quosque
praua initia cepit. usque ad finem deterio
res reddit. ut temptamenta eius quo citius
cessatiua sint. ualentius compleantur. Qua
enim finis penis eorum supplicium equare satagit.
in eis ardentius ante mortem nititur omne
exaggerare peccatum. Plerumque uero uehemoth
iste iam cor male subditum possidet. sed ta
men diuina illum gratia repellit. et manus
mice eicit. quem ad se captiua uoluntas intu
dit. eumque a corde expellitur. acriores infi
gere iniquitatum stimulos conatur. ut eos
temptationum fluctus mens ab illo impug
nata sentiat. quos etiam possessa neglexerat.
Quod bene in euangelio exprimitur. cum exire ab
homine immundus spiritus domino iubente nar
ratur. Nam cum demoniacus puer fuisset ob
latus. scriptum est. Comminatus est ibe spiritui
immundo. dicens. Surde et mute spiritus ego te
precipio exi ab eo. et amplius ne introeas in eum.
et exclamans et multum discerpens eum. ex
iit ab eo. Ecce non eum discerpserat cum te
nebat. exiens discerpsit. quia numquam tunc
penis cogitationis mentis dilaniat. cum iam
egressus diuina iustitie equilibris appropin
quat. et quem mutus possederat cum cla
moribus deseruit. quia plerumque uero possi
det minora temptamenta irrogat. cum uero
de corde depellitur acriori infestatione per
turbat. Bene itaque dicitur stringit caudam suam
quasi cedrum. quia et cor possidens semp
in malicia exposteriorib; crescit. et cor dese
rens uehementioribus cogitationum stimulis
pungit. Adhuc autem uehemoth istius mira pi
etate cedrorum astuciora argumenta pan
dunt. cum subditur. Nerui testiculorum eius
ppleti sunt. Nerui testiculorum eius pelliceum
argumenta machinationum sunt. Per ip
sa quippe calliditatis suae iniquitatem erigit. et flu
xa mortalium corda corrumpit. Testes enim ei

137.